

(7) Fures et predones^a, si in furando vel^b predand(o) occiduntur¹, visum est pro eis non orandum. Si comprehensi aut vulnerati presbitero vel diacono confessi fuerint, communionem eis non negemus^c.

(8) Conquesti sunt^a de quibusdam malefactoribus, || quorum fol. 46 a. tam nimia improbitas est, ut admonitionem sacerdotum non curent, bannum episcoporum contempnant, ad synodum semel bis ter aut quater^b vocati venire despiciant, ad extremum excommunicati nihili pendant^c. De talibus et in capitulari statutum est regi⁹ cognitioni suaderi debere. Et devoto regi Arnulfo cum sancta synodo placuit, ut quicumque post excommunicationem debitam sic parvi estimant deum et christianitatem, seculari potestate persequendos et^d interficiantur iaceantque^e absque compositione.

(9) Nobilis homo vel ingenuus, dum^a in synodo accusatur et negaverit, si eum fidelem esse sciunt, iuramento se expurget. Sin antea^b fuit deprehensus^c in furto aut^d periurio, ad iuramentum non admittatur, sed, sicut qui ingenuus non est, ferventi aqua vel^e candenti ferro se expurget.

(10) Perlatum est ad sanctam synodum, quod quidam ingenuus ingenuam accepit^a uxorem et post filiorum procreationem occasione divortii cuiusdam servum se fecerit: Utrum necessario mulierem tenere debeat, et, si tenuerit, utrum illa quoque secundum secularem legem servituti subici debeat. Iudicatum est uxorem minime debere dimitti, non tamen ob Christi legem mulierem in servitutem || redigi, dum fol. 46 b. ille non ex consensu coniugis se servum fecit, quem liberum ipsa^b maritum accepit^c.

(11) Item indicatum est quendam stuprasse quandam feminam, quam postea frater eius accepit uxorem. Statuerunt eum, qui stupravit et a se stupratam fratri celavit, quia genuit peccatum, penitentia districtiori castigandum: Coniugium tale dissolvi oportere, et mulieri quidem eis viventibus non fore potestatem nubendi: Illis autem pro misericordia coniugium indulgere.

(12) Quidam desponsavit uxorem^a et dotavit, cum illa vero^a coire non potuit. Quam frater eius clanculo corrupt

1) predandocciduntur C. 2) uxorem ins. C².

7 (Reg. 2, 93). — a) predones — latrones. b) vel — et. c) negemus — negamus. 8 (Reg. 2, 297). — a) quidam ins. b) semel bis ter aut quater — ter quaterque. c) nihili pendant — pro nihilo ducant. d) si ins. e) iaceantque — iaceant. 9 (Reg. 2, 303). — a) dum — si. b) Sin antea — Si autem. c) fuit deprehensus — deprehensus fuit. d) aut — atque. e) vel — et. 10 (Reg. 2, 204). — a) accepit — acceperit. b) ipsa — om. c) accepit — acceperat. 11 (Reg. 2, 205). — 12 (Burch. 17, 49). — a) illa vero — ea.